



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Victoria V. & M. 23. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. VICTORIA V. & M.
23. Decembris.

NEmpe nuptias VICTORIA parabat, nihil magis sollicita, quam ut ad eandem abhorrentem Anatoliam impelleret. Aiebat itaque nuptias primos homines celebrasse, DEO ipso paranympo. Easdem sacrosanctas ab omnibus gentibus, etiam Christianis, habitas esse. Christum nuptias adiisse & miraculo probasse; ipsum adeo despondere sibi Ecclesiam voluisse. denique quid liberis & nepotibus dubitaret orbem implere, quando, ut hic cresceret, Deus imperasset? Contrà pugnabat Anatolia, in primâ mundi ætate hæc locum habuisse, cum juvenem hunc crescere & impleri inquilinis opus erat. At nunc incolas non tam orbi quàm celo deesse. Christum non nisi e Virgine voluisse nasci, vivere morique virginem voluisse, sponsum Ecclesiæ non nisi Virginis esse. Neque verò se nuptias respicere, modo sponsum Deus esset. Videret ipsa, an hic terra filio postponendus esset? Nuper adeo se ex Angelis didicisse (& didicera) dotem huic unicè virginitatem placere. Eois lapillis omnibus chariorem. Itaque in hunc amorem suos se transfuisse. Quòd si invideret VICTORIA, par-

24. 2
tam
His
rili a
batur
missi
paup
ad al
unica
factu
fusus
A
spirit
basif
lurab
cas,
verse
serm

S

H
tis h
succu
phos
crede
ceph
bellu
cit h
simu
verco

24. Dec. VITÆ SANCTORUM. 799
tam se esse etiam illi hunc conciliare.
His & similibus dictis jam dudum pa-
rili amore *Victoria* in Christum fere-
batur. Quò ergo cum sibi devinceret,
misso homine dotem in paranymphos
pauperes profundit, & in exilium acta
ad alteras jam nuptias se parat. Jamque
unica purpura nuptialis deerat. Bonum
factum: dedit hanc sanguis pro sponso
fusus. Ex *Adone & Aldelmo*.

*Amor rerum terrenarum viscum est
spiritualium pennarum. Ecce concupisti,
hafisti. Quis dabit tibi pennas ut co-
lumbæ? quando volabis? ubi verè requies-
cas, quando hîc, ubi malè hafisti, per-
versè requiescere voluisti? S. August.
serm. 33. de verb. Dom.*

S. NICOLAUS MILES.

24. Decembris.

Hanc militum ego periculosissimam
pugnam, puto, quam cum castita-
tis hoste Amore pugnant. Nam huic
succumbere, quid aliud est quàm trium-
phos suos vendere? *NICOLAUS* nostro
crede, qui cùm in *Bulgaros* movit *Ni-
cephori Imp.* auspiciis, ecce priusquàm
bellum hostis faceret, militi mulier fe-
cit hospitis filia. Ter impetum in castis-
simum fecit; sed ter *NICOLAUS* repulit
verecundiæ umbone tutus. Poterat ergo
ante